.1.
W 5493/10

Tractatus de expositione misse Editus a fratre guilhelmo de gouda ordinis minorum de observantia feliciter incipit.

Ad noticiam eorum intellectualem que in misterio misse agunt habendam sacerdotes haud dubium existit obligari. turpe enim est causas tractanti ius in quo versatur ignorare. Sicut hoc turpe est de quolibet artifice. quanto magis de sacerdote ignorare id circa quod versatur. Alias simee videntur assimilari. que consimiles quando per ab hominibus fieri videt exercet actus et operatur. quid vero significet minime apprehendit. Assimilantur etiam illis qui curant habere folia sine fructu arboris. Et signa ac ymagines rerum et earum significata ignorantes. ut sunt exteriora apparentia. gestus corporis et signa alia que fieri solent circa altaris sacrificium. Comparantur igitur ignorantes significata per signa et gestus misse adorantibus aut honorantibus ymagines et picturas. nescientes quorum sunt ymagines. Unde summe studendum est sacerdoti. ne premissa ignoret. quia etiam de ipsorum ignorantia in novissimo die rationem erit redditurus. ut guilhelmus asserit cluniacensis. Assimilans etiam sacerdotes divina misteria celebrantes absque eorum intellectu: asinis que iumentis panes ad aliorum usum portantibus.

a ii

GROSHERZOGLICH
HESSISCHE
HOFBIBLIOTHEK

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-810/0001
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG